



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 58. Lunensis querelæ de gestis in nupera Sessione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

**Sæcul. XVI.** facilitati operis constantia non sit defusa.  
**A.C. 1563.** Postea ambo sermonem convertebant ad articulum, qui de Principibus Laicis pariter reformandis agebat: id vero sibi minus probari, significabat Comes, quamvis autem Navagerus ei persuadere niteretur, omnes emendationis articulos tam arcto nexu inter se conjunctos esse, ut aliqui acceptari nequeant, quin etiam ceteri recipiantur, nihilominus Comes hac etiam ratione nondum sibi satisfactum credebat.

### §. LVIII.

#### *Lunensis querelæ de gestis in nupera Sessione.*

**Pallav. n. 4.** Insuper Lünensis de iis, quæ in nupera Sessione gesta fuere, querebatur, hæc exponens: „quamvis cunctæ nationes exoptassent, ut declararetur, unde procederet Episcoporum institutio, nihilominus hac in re nihil hucusque fuit decisum: imo ex adverso duæ nationes nimirum Itali, atque Hispani differentes, quibusnam præpolleret Romani Pontificis potestas, benignis auribus excipiebantur, dum taxat Gallis hac in re repugnantibus. Ad id respondebat Navagerus: ex hoc ipso recenti facto confici potest, quantum in ipsis Præsidibus concordia a-

„mor

"mor valeret, eoquod repugnantia na- Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
"tionis unicæ, quæ suffragiorum nu-  
"mero minus potens erat, ipsos tamen  
"continuisset, ne res tanti momenti ad  
"Romani Pontificis utilitatem definire-  
"tur: postea igitur ea omissa, haud con-  
"decens videbatur, ut circa minorum  
"Præfulum potestatem declaratio habe-  
"retur, cum caput præcedere debuisset,  
"de quo Itali cum Gallis convenissent,  
"adeoque justæ querelæ caufa istis  
"non suppeteret, quod ex Hispanorum  
"duntaxat sententia, ac voto non fui-  
"set ad eam definitionem deventum.

### §. LIX.

#### *Legati suam innocentiam coram Lu- nenſi Comite vindicantes.*

Postea Legati frequentius in ædibus Pallav. u. 5.  
Visconti t. 2.  
Mem. lett.  
65. du 16.  
Aug. p. 265.  
Cardinalis Moroni conveniebant, quo etiam Lotharingius, & Madrutius Cardinales accerfebantur, ut ibidem res ab Oratoribus circa Reformationis articulos annotatas discuterent, atque ad eam redigerent normam, quæ graves contentiones declinaret: verum accepto interim Roma exemplo illius epistolæ, quam calumniis plenam Lunensis Comes adversus Legatos ad summum Pontificem, & Avilam Oratorem perscriperat, Legati initio statuebant, Comiti ejusmodi dare responsum, ex quo